



**Philippi Servii E Societate Iesv Amicus Fidelis Vsqve Ad
Mortem: Sive Modvs Ivvandi Moribvndos, Ægris, Sanisqve
Perinde Vtilis**

Servius, Philippe

Leodii, 1648

§. Qvintvs. Nonnulla alia ab Amico fideli in gratiam ægroti præstanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60032](#)

A M I C I F I D E L I S
canonizationis eius Bulla loquitur ; pī
veluti à commissa custodia , nec die , nu
nec nocte discēdebat. Hic ergo , Ami
ci fidelis , sinceriq; amoris lapis ly
dius esto : præsto esse ei , qui , quo amo
rem tuum inuitet , speciosius habet ni
hil quām vlcera ; nihil potentius , quo
affectionem tuum sibi conciliet , quām
miseriarum atque ærumnarum mille
plaustra.

§. QVINTVS.

*Nonnulla alia ab Amico fidei in
gratiam ægroti præstanda.*

CVRabit vt in ægrotantis cubiculo
altum sit silentium. Non temerè
quosuis ad alloquium admittet , sed
eos dumtaxat , quorum consuetudine
æger subleuetur.

Cauebit ne profanus ullus sermo
ibi misceatur : imò parentum gemi
tus , amicorum complorations visita
tionesque nimis crebras moderabitur.
Omni præsertim studio & conatu ar
cebit eas personas quarū aspectu pee
candi affectus possit recalescere ; qua
les sunt turpium olim voluptatū , po
pinarum ,

uitur ; pinarum , alearumque socij , & id ge-
ec die , nus frugiperdæ .

Sacras imagines Christi Domini
crucifixi , Beatæ Virginis , vel Sancti
Angeli Tutelaris ob oculos decum-
bentis apponi curabit . Vasculum item
aque lustralis , quâ subinde æger , tha-
lamusque adspergatur .

Iubebit moribundum totum iam
esse in spirituali animæ negotio pro-
curando , missa procul omni rei alienæ
sollicitudine .

Suggeret decubenti , prout con-
ditio exiget , breues , ac pietatis plenas
orationes ; siue è Psalmis illæ , siue è
SS. Patrum libris depromantur : sed
id fiat cum ea moderatione , vt au-
dientem molestia non afficiat .

Monendus , vt quando mens adhuc
viget & ratio , fidei , spei , & caritatis ,
aliarumque virtutum actus subinde
eliciat .

Quod si ita affectum viderit , vt æ-
grè se ipse excitare queat , iuuare ces-
santem poterit , atque adeò verba præ-
ire , vel hoc , vel simili modo .

Interro-

28 AMICI FIDELIS

Interrogationes, quibus aeger ad fiduciam
dei, spei, caritatis, aliarumque
virtutum actus elicendos adiuvetur.

1. **E**cquid ita animo comparatus es,
ut firmiter credas, quæ Deus re-
uelauit, & nobis per Ecclesiam San-
ctam Catholicam & Romanam cre-
denda proposuit? Resp. Omnino.
Dic ergo mecum, Credo in Deum, &c.

2. Nonne fiduciam tuam omnem
in Deo Iesus tuo defixisti? annuis
bonum factum. Nemo vñquam in eodum
sperauit, & confusus est. Quare & tu
fidenter dicas: In te Domine speravi, non
confundar in æternum. Quoniam tu Domi-
ne, singulariter in spe constituisti me. Quid
ita? ô Domine, quia ego seruus tuus, ego
seruus tuus & filius ancillæ tuae Marie.

3. Utinam mi Amice flagrantissi-
mo illius amore inardescas! utinam
ex vero dicamus cum Dauide. Cor
meum & caro mea exultaerunt in Deo
vquo. Diligam te, Deus meus, diligam te;
sed eo amore quo dilexit te Mater tua, ma-
ter pulchrae dilectionis: & quo amore te di-
ligunt

*ad fi
nq
tus es
us re
n San
n cre
zc.
nnem
nui
in ec
& tu
i, noi
Domi
Quid
ego
tissi
nam
Cov
Deo
te;
ma
di
gunt*

ligunt in cœlo Cerubini & Seraphini , beatitudine Spiritus , Sancti q̄ omnes.

4. Nonne verum est , & heu ! verum nimis , te Deum tuum optimum maximum multis criminibus offendisse ? verissimum : in multis quippe offendimus omnes. Nonne doles ex animo te eum ita offendisse , quem amore summo prosequi debueras ?

Dic mecum , doleo : doleo mitissime Iesu,

Et dolor est me non posse dolere magis.

Sed cur doles ? an quia multis te malis ac ærumnis obnoxium peccando redidisti ? cauesis ex illo fonte promanet dolor : non enim tam tuâ quàm Dei optimi causâ dolere debes , id est quia Diuina illius Majestas læsa est , nō quia tu pœnarum multarum reus. Imò si sapis , tuo te iudicio condemnabis , pœnasque de te ipse iustas expectes ; aut certè Diuinæ Iustitiae succensus zelo , dices cum Dauid : *Ego in flagella paratus sum.* Etcum Augustino : *Hic vre , hic seca , modò in aeternum parcas.*

Quod si ita bone Deus , gloriæ tuæ , & saluti animæ meæ expedire iudicaueris , en vitam , en mortem meam manibus

30 AMICI FIDELIS

manibus tuis trado; de ijs arbitratu
tuo dispone: Tantummodo fiat mise
ricordia tua Domine super nos quemadmo
dum sperauimus in te. Siue enim viuimus
Domino viuimus; siue morimur, Domino mo
rimur: siue ergo viuimus, siue morimur, Do
mini sumus.

Age modò, si Dominus Deus te pri
stinæ reddiderit sanitati, nonne alite
vitæ tuæ rationes institues, maioriq[ue]
ad perfectionem studio adspirabis?

Nihilne modò superest cuius recor
datione angatur animus? non. Si quid
esset ecquid paratus essem Sacerdoti a
perire, & ab eo absolutionem postula
re? dic ergo: Ab occultis meis munda me
Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Deli
cta iuuentutis meæ & ignorantias meas, ne
memineris Domine. Ne reminiscaris Domi
ne delicta mea, vel parentum meorum, neque
vindictam sumas de peccatis meis. Parce,
quaeso, parce mihi quem redemisti preioso
sanguine tuo, ne in æternū irascaris mihi.

Plures eiusmodi, aliarumq[ue] vir
tutum actus afferemus, cùm ostende
mus, qua ratione resistendum sit dæ
monis temptationibus.

§. SEX;